

iterum reddenda moribus emendatis, & sublato periculo. f. 377. n. 400. Imò, si constitisset ab initio de moribus prodigis mariti non posset dos postea ex hac causa auferri, nec fideiussores exigi. f. 401.

Privilegio revocandi dotem ex causis de novis emergentibus, non potest mulier valide renuntiare. f. 377. n. 403.

Jus repetendi dotem profectam stante matrimonio primario competit filia, sed hac negligente competit patri, cuius est dominium. fol. cod. nu. 404.

Jure novo non valet alienatio fundi dotalis in præjudicium uxoris, ne quidem ab ambobus conjugibus simul facta, nec hypothecatio, nisi ex causa utili vel necessaria dum stat matrimonium. f. 378. n. 405.

Fundus communis potest valide dividi, si expediat, & socius ad divisionem provocet. f. cod. n. 406.

Valer tamen alienatio Juramento firmata spontaneo. f. cod. n. 407.

Pro alio etiam fundo subrogato potest alienari si expediat. Quamdiu autem non substituitur alius fundus, quo res mulieris melioretur, negotium pendet, & non facta subrogatione alienatio est nulla. f. cod. n. 408.

Valer etiam alienatio ex causa necessaria, ut ad eas alienum solvendum cum consensu mariti. f. 379. n. 408.

Neque mobilia inæstimata, nec consistentia in pondere, numero & mensura, possunt valide alienari, si maritus solvendo non sit, bene tamen si sic solvendo: neque ad horum validam alienationem requiritur, ut post biennium renovetur ab uxore consensus, sicut requiritur in immobilibus. f. cod. n. 410. & seqq.

Maritus potest constante matrimonio res invadere se alienatas, à quocunque detentore vindicare saltem nomine uxoris. imò, probabilis nomine proprio. f. 380. n. 415. & seqq. Solutio matrimonio potest etiam uxor fundum vindicare: imò, si maritus negligat, etiam stante matrimonio. n. 418.

Solutio matrimonio morte mariti, tunc solum potest mulier confirmare alienationem invalidam, si fundus prius redditus fuerit, & ita cessaverit esse dotalis. Solutio matrimonio per mortem uxoris, hæredes possunt ratificare alienationem nulla præcedente receptione. 419.

Emptor, si scivit fundum esse dotalem, solum potest agere ad pretium, si rescivit, etiam de Evictione ad interesse. f. cod. n. 420.

Quomodocunque valet alienatio rerum dotalium, etiam si earum dominium naturale habuerit maritus, est tamen dominium alienatorum revocabile ab uxore, casu quo maritus ad inopiam veniat, ut solvere dotem non possit. f. 381. n. 422. & seqq.

Si dos consistat in rebus immobilibus corporalibus, & maritus solum habuit dominium civile, solum matrimonio statim esse restituenda. Si vero in mobilibus, vel incorporalibus, vel æstimatis, vel quando certa summa est restituenda in valore, intra annum primum est obligatio restituendi, nisi aliud pactum fuerit. n. 424.

Fructus dotis in re fructifera inæstimata à die soluti matrimonij spectant ad uxorem, in ceteris ad maritum, imò & dotis in summa consistentis spectat ad maritum ejusque hæredes quousque tenentur restituere. f. cod. n. 425.

Quamdiu dos non restituitur, aliena est uxor ab hæredibus mariti, (nisi aliunde, vel ex fructibus dotis alimenta habere possit) si velit in domo hæredum commorari, & consuetas operas præstare. f. 381. n. 426.

Marito, Socero, & filijs mariti ex conjugate repente dotē susceptæ, conceditur Beneficium competentia, si dos fuit æstimata æstimatione faciente venditionem, quod Beneficium hæredibus extraneis mariti negatur, quantum est ex hoc capite. f. 382. n. 428.

Ad repetendam dotem olim dabatur Actio rei uxoris *Prescriptis verbis*, Conditio ex Lege Julia. Hodie datur alia triplex. Rei Vindicatio Directa & Utilis. Hypothecaria. Ex stipulari. Actio Rei Uxoriz in Actionem ex stipulatu de dote est transfusa, & ideo hæc est bona fides, sicut illa erat: & hæc Actio competit, etiam si nulla stipulatio realiter intervenit. Fingitur ergo intervenisse, & datur marito ad obtinendam dotem promissam, uxori ad eam repetendam: nisi pater dans dotem stipulatus esset eam sibi restitui: quæ tamen ei restituta iterum filie in dotem danda esset. fol. 382. n. 430. & seqq.

Extraneo, nisi expressè stipulatus sit, non competit Actio ex stipulatu, sed præsumitur dotem donasse. f. 383. n. 434.

Mulier in bonis mariti habet Hypothecam tacitam ratione dotis, quæ ad Hæredes extraneos non transit, bene tamen ad descendentes. f. cod. num. 436. Vi hujus tacite Hypothecæ præfertur mulier alijs omnibus creditoribus anterioribus (tribus exceptis) non solum tacitam, sed etiam expressam Hypothecam habentibus. f. 384. nu. 439. & seqq. Casus autem excepti sunt. 1. Si ex malâ administratione principilari factus sit debitor fidei, non solum res tuæ obligantur tacite Fisco, sed dos etiam Uxoriz, ita videlicet, si bona mariti exhausta sunt, neque aliquid residuum invenitur. f. 385. nu. 444. 2. Quando cum Noværa concurrunt liberi prioris Matrimonij in exactione dotis. nu. 445. 3. Emmeraria Actio causæ dantis præfertur. num. 446. Falsissima est opinio Hunnij quod in Deposito mulier præfertur deponenti. n. 447.

Marito

Marito ejusque Hæredi competit Exceptio compensationis ob impensas necessarias, utiles, voluntate mulieris factas: item ob res amotas, quandoque etiam ob commodatas à muliere invito marito. f. 386. n. 448. Sed cum limitatione. Nam de suo tenetur Maritus res dotales tueri, colere agros, reficere domos sumptu modico, colligere fructus &c. eod. Circa hanc exceptionem observandum, quod non sit ex illis, quæ dantur ubi actio non datur. Nam marito etiam actiones competunt, nempe Conditio indebiti: Rei Vindicatio si res existet, aut conditio, si non existet: interdum utilis rei vindicatio. Actio rerum amotarum. f. 386. n. 449.

Competit etiam Marito quandoque exceptio doli, v. g. ob rem dotalem evidam, vel uxori Legatam pro dote. f. 387. n. 450.

Competit denique Exceptio non numeratæ dotis, opponenda infra annum, si intra biennium matrimonium dissolvatur, infra tres menses vero, si ultra ducet usque ad decennium: quo elapso omnino tollitur. f. 387. n. 451.

De Exceptione lucratæ dotis ob adulterium vide *Adulterium*.

Privilegia dotis tunc solum conveniunt rebus ex pecunia dotali emptis, aut cum re dotali permutatis, quando Maritus non est solvendo. fol. cod. n. 452.

In dotem dari possunt res omnes quæ in commercio sunt. f. 388. n. 455.

Si doem constituit pater ultra vires patrimonij, datur liberis querela inofficiosa dotis. f. 388. n. 456.

Inutilis est promissio dotis incerta ab extraneo facta, nec in boni viri arbitrium collata. f. cod. n. 457.

Pacta quedam dotalia improbantur in Jure. Hujusmodi est. 1. Quo de hæreditate vel ejus parte præmortui conjugis agitur. 2. Reprobatur pactum, in filia dote contenta nullum ad bona paterna regressum habeat. 3. Ut filia non obstante dote nihilominus ex æqua portione patris cum fratribus succedat. Sed de his Provinciarum varia est consuetudo, ubi, præsertim in Germania, rata habentur. f. 388. n. 458. De Jure Canonico hujusmodi pacta Juramento firmari possunt. n. 459.

Dos exigenda est in loco domicilij mariti, tempore quo fuit contractus celebratus. f. cod. num. 460.

Causa Dotis ad Judicem Sæcularem pertinet: ad hujus negligentiam supplendam ad Ecclesiasticum, vel, si judicatur acceptoriæ, ad causam matrimonialem. f. 389. n. 461.

Fundus dotalis non præscribitur spatio 10. annorum nisi præscriptio, incepisset antequam esset dotalis. f. 465. nu. 361.

Si ex aliquo Statuto Dos est loco Legitimæ, immunitus esse debet ab omni onere. f. 120. num. 534. vide etiam. *Legitima*.

Dos quomodo conferenda aut in Legitimam computanda sit, vide. *Collatio bonorum. & Legitima*.

Dos quando est loco Legitimæ, est sine onere relinquenda, sicut Legitima. f. 120. n. 534. Unde, conditio adjecta: si nuptur: rejiceretur, & dos etiam infanti statim solvenda esset. Item rejiceretur hæc conditio: Si sine liberis decesserit, restituat. eod.

Fructus ex rebus oppignoratis loco dotis, potest maritus absque usura retinere, item uxor mortuo marito, donec dos solvatur. item maritus mortua uxore, filiorum nomine. f. 207. n. 428. & f. 209. n. 434.

Dos, soluto Matrimonio repetenda est in loco domicilij Mariti, & non ubi contractus celebratus. f. 80. n. 362.

Duellum.

Tomo 1.

Duellantes Jure Ecclesiastico incurrunt Infamiam. & hujus prætextu potest plerumque salvo honore detrectari oblatum duellum. fol. 191. nu. 641. ubi casus & exempla. item incurrunt Excommunicationem Sedi Apostolicæ reservatam. f. 193. n. 653.

Fingendo casum, quod salvo honore non possit reculari oblatum duellum, non est tamen licita acceptatio Duelli, habens vim conventionis, quæ duellantes cedunt vicissim jure suo in vitam. fol. 192. n. 648. & 653.

Ad tuendum honorem non est necessaria acceptatio duelli, sed sufficit, & licet comparere in publico, animo se defendendi, si hostis aggressiatur, dummodo habeat probabilitatem victoriæ. f. cod. n. 649. & seqq. ubi inde 4. Casus, quibus licet acceptare duellum acceptatione improprie dicta, quæ habeat puram rationem defensionis. fol. 193. n. 652.

E.

Ebrietas.

Tomo 6.

Quamvis ebrius ob delictum in ebrietate commissum, non possit puniri pena ordinaria quæ doli puniunt, puniendus tamen est, quod inebriando se exposuerit periculo, arbitrio Judicis. fol. 322. n. 532.

Si ebrietas non privavit ratione, non excusat à pena ordinaria. fol. 323. n. 533.

Contra prætententem ebrietatem, stat præsumptio, nisi contrarium probet, aut præsumatur. nu. 534.

Ecclesiæ Bona, & corumque administratio.

Tomo 1.

Ecclesiæ Particulares habent Dominium illorum Bonorum

H 3

Bonorum, quæ illis attribuuntur. fol. 311. n. 64. Unde si Pontifex absque causa bona unius attribueret alteri, facienda esset restitutio. Dicuntur autem eatenus esse patrimonium Christi, quatenus non licet in alios usus quam ad cultum Dei spectantes expendere. n. 65.

Bona Ecclesie imobilia, & mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt, per se loquendo alienari prohibentur, nisi ob unam ex quatuor causis, & interveniente solemnitate requisita in casibus non exceptis. Causæ sunt. 1. Necessitas, ut si Ecclesia sit ære alieno gravata. 2. Major Ecclesie Utilitas. 3. Pietas. 4. Incommoditas rei. fol. 321. n. 109. Solemnitas est. 1. ut præcedat tractatus cum Capitulo vel cum illis ad quos res alienanda pertinet, an expediât, & adsit causa. 2. ut accedat consensus majoris partis. fol. 321. ubi n. 106. refertur, quid observetur in Soc. Jesu, ex Bulla Greg. XIII. & Urb. VIII. 3. Requiritur auctoritas seu consensus saltem Prælati, qui ex munere publico Ecclesie præest; vel si talis deest, constituendus defensor. 4. ut fiat subscriptio à Capitularibus vel Notario. 5. ut consularur Pontifex. Denique declaratio videnda Sacra Congr. quæ refertur n. 107.

Si res imobilis sit exigua comparativè, & vel inutilis, vel longè distita, potest sine solemnitatibus alienari, sufficiteque si administratori videatur alienatio esse necessaria. fol. 322. n. 109. Item res mobiles utiles cum consensu sanioris partis Capituli. 110. item damnosæ, ita ut pro pretio emantur bona utilia. 111. item urgente necessitate ministrorum pauperum, & captivorum, & cum non est recursus ad Pontificem. fol. 323. nu. 112.

Ex rationabili causa debet Ecclesia cum Principe patriæ petente commutare possessiones pro pretio æquali. fol. eod. n. 113.

Possunt, convocatis convocandis, bona dñarum Ecclesiarum eidem Prælati subiectarum, inter se commutari, irrequisite licentiâ Papa. eod.

Nomine alienationis prohibentur: Venditio, Donatio, Permutatio, Feudum, Emphyteusis, Censu perpetui, vel vitalitij, Hypotheca specialis, non item generalis. fol. eod. nu. 114. Feudum & Emphyteusis semel concessa, possunt renovari sine solemnitatibus, si sit utilis Ecclesie. eod. Emphyteusis potest cum solemnitatibus in perpetuum concedi. n. 116.

Quomodo contra Ecclesias præscribatur, & quo tempore, vide *Præscriptio longissimi temporis*.

Edictio.

Tomo 5.

Edere, est Copiam Libelli, Instrumentorum, Rationum, aliorumque Actorum adversario exhibere iussu Judicis implorati, si putet interesse editionem petentis. fol. 218. n. 179.

Aster tenetur regulariter edere reo omnia In-

D.

strumenta, quæ reo ad sui defensionem & fundandam intentionem servare possunt. n. 181. ubi n. 182. vide exceptiones.

Reus regulariter non tenetur edere actori Instrumenta seu documenta contra se factientia. nu. 183. ubi vide tredecim exceptiones. n. 184. & seqq.

Si adversarius petat reproductionem instrumenti, jam semel producti & fidem facientis, sub prætextu quòd velit illud arguere falsitatis, jurare debet, quòd absque dolo hoc petat. alter verò, si dicat, id sibi jam esse impossibile producere, jurare debet hoc ipsum, & tunc relaxatur à necessitate reproduendi: alioquin recusans arguitur charta falsitatis. fol. 220. n. 191.

In editione Instrumentorum non est necesse edi annum & diem quo conscripta sunt, bene tamen diem solutionis faciendæ, & rationum aut instrumentorum, quæ ad instructionem adversarij serviunt. nu. 196. & seqq.

An ipsa Originalia edenda sint, vel sufficiat Copia, pendet ex fine ad quem editio petitur. nam ad probandum edenda sunt originalia, vel copiarum fidem. fol. 220. n. 197.

Actio, quæ petitur editio, vocatur *de edendo vel in factum*. quæ quis etiam consequitur interesse, si ex defectu editionis damnum patiarur. fol. 121. n. 199. & recusantem edere, Judex compellere potest mandatis penalibus seu Compulsorialibus; vel captis pignoribus, vel denegatâ audientia, vel denique manu militari. n. 200.

Instrumenta communia edere tenetur quivis, petente suo adversario. fol. 389. n. 604.

Sua litteraria documenta non tenetur regulariter edere adversario, Jure communi, nisi Judex ex officio & causa jubeat. fol. eod. n. 605. & seqq. ubi vide de consuetudine.

Instrumenta ad Actorem jure dominij spectantia tenetur reus edere petenti. fol. 390. n. 607.

Petens editionem, debet prius præstare juramentum calumniæ. n. 608.

Actor tenetur reo edere documenta etiam propria, quæ ad intentionem rei fundandam conducere possunt. n. 609. ubi n. 610. vide exceptiones.

Si Actor per se vel Procuratorem curavit scribi Rationes, & ejus interfit, tenetur reus illas exhibere. nu. 611.

Fiscus actor, sicut & alie causæ quæ privilegiatæ, possunt de domo Rei sumere probationes sine intentionis. fol. 391. n. 612. Item quando agitur pro valore matrimonij, aut contra, ob perpetuum Impedimentum. n. 613. Item Usurarius reus edere tenetur. eod.

Rationes quæ fiunt ex officio publico, edenda sunt Actori. n. 614.

Reus, qui ratione præceditis contractus vel quasi tenebatur conficere Rationes, tenetur Actori edere Instrumenta, simulque Scripturas. n. 615.

Hæres

E.

Hæres tenetur Legatario actori exhibere testamentum, ut inde legatum probare possit. n. 616.

Si actor habet causam à reo, ratione hujus potest jure petere sibi edi instrumenta. n. 617. ubi casus. Si veritas aliter haberi nequit, æquitas suadet, ut reus officio Judicis jubetur edere instrumenta. n. 618.

Instrumentorum editionem non potest petere qui non est adversarius, si non mandavit ea fieri, nec successit in jus mandatis. nisi ipse interfit, & hoc interesse saltem semiplenè probet. num. 619. & seqq.

Omnia acta Judicialia, sive causæ civilis sive criminalis, edenda sunt litigantibus, si petantur. & is negatis est locus appellationi. fol. 486. n. 1136. Allegationes tamen Jurium, quæ ad solam Judicis instructionem fiunt, non sunt necessariò edenda. n. 1137.

Acta Judicij edenda sunt cuicumque suum Interesse prætendenti, etiam si non fuerint ad ejus instantiam celebrata, exceptis instrumentis. fol. 487. n. 1138.

Toties debent Acta edi, sumptibus petentis, quoties quis petit sibi edi. in quo differt ab editione instrumenti. n. 1139.

Electores.

Tomo 6.

Contra Electores committitur crimen læsæ Majestatis, ex speciali dispositione. fol. 161. n. 442.

Differt etiam per alia privilegia ab alijs Principibus. quæ vide numero eod.

Emancipatio.

De hac vide. *Patria potestas*.

Emancipatus.

Tomo 2.

Emancipatus gaudet quidem Jure Suietatis, ut debeat hæres institui, sed in modo succedendi differt à non emancipato, quòd non acquirit dominium nisi per aditionem, non emancipatus autem acquirit ipso jure, & transmittat ad hæredes, non tamen possessionem. fol. 84. n. 377.

Emancipatus non gaudet jure transmissionis, nec in hoc est æquiparatus *Suis*, sed solum in Jure ad æqualem legitimam. fol. 137. n. 600.

Emphyteusis.

Tomo 1.

Emphyteusis pervenit ad Monasterium per Professionem Emphyteutæ, cum hoc gravamine, ut exigente Domino directo, teneatur Monasterium eam alienare, transferendo in personam non magis privilegiatam, quam fuerit Professus ante Professionem. f. 303. n. 25.

Quomodo possit Emphyteusis concedi aut renovari in bonis Ecclesiasticis, vide, *Ecclesia bona*.

Contractus Emphyteuticus in quibus conveniat cum Feudo, vel discrepet, vide *Feudum*.

Emphyteusis idem apud Latinos, quod Infitio, seu Plantatio. Finis enim hujus Contractus est, ut res imobilis alteri tradita per arborum plantationem aliove modo excolatur & melioretur, & ex sterili fructuosa reddatur. f. 219. num. 471.

Definitur. Contractus stricti Juris, quo res imobilis conceditur quoad utile dominium alteri, cum obligatione solvendi pensionem statutis temporibus domino proprietatis ea de causa. f. 219. n. 472. Non potest constitui in illis rebus, quæ mobilibus comparantur. eod.

Contractus Emphyteuticus quamvis in Jure Canonico positus sit sub titulo *Locationis*, strictè tamen ab hac differt, quia diversis pactis constituitur, & Locatio etiam in rebus mobilibus consistere potest. f. eod. n. 473. Quomodo differat à Libellario Contractu, vide *Libellarium Contractus*.

Differt à Feudo ratione Canonis solvendi, qui in feudis non solvitur, sed ejus loco servitia præstantur. f. 220. n. 474.

In dubio an celebratus sit contractus Emphyteuticus, an Censualis, nec ex instrumento colligi potest, aliqui volunt præsumendum Emphyteuticum, alij Censualem: alij meliùs, inspicendum esse morem Regionis, quoniam sæpius celebrari solet, & talem præsumendum. f. 220. nu. 476. Si in Instrumento reperitur vox *Venditionis*, censetur contractus censualis, quia Emphyteusis est potius Locatio quam Venditio. eod.

Esse Contractum stricti Juris, communior & veterior habet opinio, nec verum est, eum comprehendendi nomine Locationis: potest etiam esse Locativus, ita ut à principio & primò ingressu nihil sit præstandum: & pensio vocari solet honoraria, quia debet esse moderata, non adæquans Usum fructum. f. 221. n. 478.

Dividitur Emphyteusis, 1. in Ecclesiasticam & Laicam. Prior est, cujus dominium directum ad Ecclesiam spectat. Posterior (quæ communis & profana dicitur) est, quæ in bonis non Ecclesiasticis constituitur, nec habet omnes priores favores, nec requirit omnes ejusdem solemnitates. f. 221. n. 479.

De litibus ortis circa Emphyteusis Ecclesiasticam, judicatur secundum Jus Canonicum, & in quantum Jus Civile est approbatum à Jure Canonico. Si Clerico est concessum, Judicio civili subijcitur ratione dominij utilis, v. g. ad tributa solvenda. eod.

Si Statuto aliquò Illegitimi ad successionem in Emphyteusi admittentur, non habet locum in Emphyteusi Ecclesiastica Laico concessa. f. 221. nu. 480.

Emphyteusis dividitur 2. in Novam & Veterem. Prior est, quæ non transcendit primum Emphy-

Emphyteutam. Posterior, quæ finito tempore primi pervenit ad secundum, vel etiam transmittitur ad hæredes: quæ nvis per transmissionem non fiat proprie vetus, quia vi primæ concessionis transmittitur. f. 222. n. 483. & fufius explicatur. f. 237. n. 551.

Emphyteus dividitur 3. In Hæreditariam & non Hæreditariam, quæ divisio fufius explicatur. f. 237. n. 552. Dividitur 4. In Perpetuam & non Perpetuam, v. g. ad duas generationes. Ab origine fua fuerunt omnes perpetuæ, fed ufus introductus non perpetuas. eod.

Ad substantiam Emphyteus tam Laicæ quàm Ecclesiasticæ, requiritur Scriptura ad substantiam: quod quidem de Ecclesiasticæ certum, de Laicæ probabilis. f. 222. n. 485. & feqq.

Emphyteuta tenetur ad illas Meliorationes, quas communis diligentia Colonis adhibere solet, & quæ si non adhiberentur, hoc ipso res Emphyteutica deterioraretur. f. 224. n. 491.

Finita Emphyteusi non potest harum meliorationum refultio peti à domino directo: non tenetur tamen Emphyteuta, sed potius dominus directus restaurare ea, quæ absque culpa Emphyteute penitus collapsa sunt, aut perierunt. eod.

Alias Meliorationes indebitæ factas, potest repetere, si absque culpa refolvatur Emphyteus. f. 224. n. 492.

Novo præcepto Principis ad quadam onera infueta, ut ad aggeres conficiendos, non solus Emphyteuta, fed etiam dominus directus adstringeretur, quia ejus utilitatem etiam concernit. f. eod. n. 493.

Ob deteriorationem Emphyteus Ecclesiasticæ incidit Emphyteuta in commissum, ut privati possit: quod communis opinio etiam ad Laicam Emphyteusin extendit. f. 225. n. 494.

Tunc autem dicitur deteriorari, quando ab eo statu, in quo prius erat, diminuitur, tribus infuper requisitis. 1. Ut deterioratio non fit modica. 2. Ut vergat ad perpetuam fundi deteriorationem. 3. Ut faltem levis culpa intervenerit: de levissima non tenetur. Nec necesse est, ut deterioratio fiat in fmgulis partibus, fed fufficit fieri in parte notabili. f. 225. n. 495.

Si res, quæ in Emphyteusin data est, fuit v. g. vinea, & fuit datum prædium magnum, in quo tanquam partes totius rei Emphyteuticæ erant domus, olivæ, vinea, aut fylvæ, non incidere Emphyteuta in commissum, si v. g. in una parte eradicatâ fylvâ plantasset vineam utiliorem fylvâ. Si totam rem Emphyteuticam transformasset, finiretur contractus, & in optione proprietarij efferretur, vel usurpare folum, & cogere Emphyteutam ad solvendum interesse, vel ad reparandum quod destruxit, & ad continuandû contractû. f. eod. 497.

Solutio Canonis seu Pensionis est de substantia Emphyteus, & per hoc distinguitur à locatione

ad longum tempus, & solvitur in recognitionem directi domini. f. 226. n. 498.

Quantitas est ex arbitrio contrahentium taxanda, attentâ proportione fructuum sperandorum, qui quò majores sunt, etiam Canon major taxabitur, semper tamen minor ipsis fructibus. f. 226. n. 499. Potest constitui etiam in alia re quàm pecunia. eod.

Nullum certum tempus à Jure constitutum est, & si contrahentes conveniant, non fmgulis annis, fed de biennio in biennium solvendus constitui potest. Si nihil certi constitutum est, consuetudo attenditur, vel ad finem anni, quando fructus percepti sunt. eod.

Illà est iusta pensio Emphyteus, quæ 20. annis collecta æquat valorem rei Emphyteuticæ: nisi consuetudo aliud habeat. f. eod. n. 500.

Emphyteuta communis incidit in commissum, si tribus continuis annis Canonem non solvat, ita ut etiam non requisitus amittat Jus cum omnibus meliorationibus, nisi aliud pactum sit. f. 227. n. 501.

In Emphyteusi Ecclesiasticæ si biennio non solverit, incidit in commissum, sed cum moderamine postea referendo. f. eod. n. 502.

Ut poenam commissi incurat Emphyteuta in conscientia, non requiritur sententia Judicis, fed bene exactio & instantia domini directi. f. eod. n. 503.

Si tempore mortis Emphyteus communis fiat Ecclesiasticæ, tempus residuum ad complendum triennium dividitur in tres partes, & duæ tertie fufficient, ut incidat in commissum. fol. eod. n. 504.

Si dominus post moram non urgeat restitutionem rei Emphyteuticæ, fructus post moram percepti non sunt restituendi. fol. eod. num. 505. & feqq.

In Emphyteusi Ecclesiasticæ celeris moræ purgatio impedit, ne incidatur in commissum. fol. 228. n. 503. non item in Emphyteusi communi. n. 509.

Excusatur etiam, si absque ulla culpa Theologica intermissa est solutio. f. 229. n. 512. Item si faltem solvit maximam partem Canonis. Neque esset necesse, ut solutio facta esset tota simul adequans vel propè ad æquans Canonem annum. Si enim Emphyteuta significet, se partiales solutiones facere pro unius anni Canone, censetur uni anno satisfecisse. n. 513.

Mortuus Emphyteuta moroso, si dominus potuit vivo Emphyteutâ intentare revocationem, & non intentavit, censetur remississe. Si verò non potuit, poterit ab hæredibus Emphyteutæ revocare. eod. n. 515.

Loquendo de Emphyteusi Ecclesiasticæ, si dominus accipiat, postea recipiat Canonem annorum cessorum, non propterea censetur remississe caducitatem.

Si verò recipiat Canonem annorum nondû cessorû, censetur remississe, si Ecclesia non sit Collegiata, tunc enim Prelatus remittere potest, non item sine consensu Capituli, si sit Collegiata. f. 229. n. 516. Probabilis hoc ipsum de quacunque Emphyteusi communi dicendum, ut recipiens pro anno futuro censetur remississe, non item recipiens pro annis præteritis, etiam si nullam protestationem appouisset. f. 230. n. 517.

Emphyteutâ plures Hæredes relincente, si unus Canonem non solvat, ceteri non incidunt in commissum si solvant, quia Hæredes non accipiunt Emphyteusin formaliter ab Hæredes, hoc est, à defuncto, sed accipiunt à primo concedente. f. 230. n. 519.

Si alius Colveret Canonem, sed suo, non Emphyteutâ nomine, tanquam negotiorum gestor, possit dominus solutionem recusare, quia non fieret in recognitionem domini directi. fol. 231. n. 521.

Si dominus directus Canonem oblatum non acceptaret, Emphyteuta liberaretur consignando & deponendo Canonem: sola autem oblatio non liberaret. fol. 231. n. 522.

Domino directo non licet ullâ violentiâ post commissam moram eicere Emphyteutam: potest tamen ingressum attentare, non attentâ resistentiâ verbali aut protestatione emphyteutæ, si certus est dominus, quòd ex culpa absque causa excusante canonem non solverit. fol. eod. n. 524.

Emphyteuta incidit etiam in commissum, si publicarum functionum apochas non exhibeat. f. 232. n. 525.

Emphyteuta potest absque periculo caducitatis rem Emphyteuticam & Meliorationes exponere ad explorandum, pro quanto pretio possit habere Empotrem. f. 233. nu. 526. Dominus tamen factâ sibi denuntiatione Empotris & pretij, habet privilegium prælationis, ut illi præ alio vendi debeat, si idem pretium solvere sit paratus. Quod si intra duos menses à puncto denuntiationis nihil se resolvat, potest Emphyteuta alteri vendere. n. 527. Empor autem ejusmodi esse debet, ut non ex alio capite ab Emphyteusi merito arceatur. n. 528. ubi exempla.

Non observatis observandis in venditione, & secutâ traditione, incidit Emphyteuta in commissum tam Juris quàm Meliorationum, & Venditio est nulla. f. 233. nu. 529. Non incideret tamen per alienationem ex alio capite nullam. n. 530.

Si venditio & traditio fieret sub conditione, si consentiat dominus, non incideret Emphyteuta in commissum, nisi traditio esset in præjudicium domini, v. g. ob difficilem recuperationem. f. eod. nu. 531. Factâ absolutâ venditione & traditione fufficiente ad commissum, non effugeret poenam ca-

ducitatis per celerem poenitentiam, & rei recuperationem. n. 532. & feqq.

Ad poenam caducitatis incurrendam fufficeret facta traditio per clausulam constituti. f. 234. n. 536. & feqq.

Si tantum pars fuit illicitè alienata, incidit in commissum solum ratione partis. f. 235. n. 539.

Si ex duobus proprietarijs ejusdem pro indiviso Emphyteus, unus solus fuit requisitus, adhuc incidit in commissum totus Emphyteus. f. 235. n. 540. Si utroque requisito unus velit emere, alter consentiat in venditionem, debet offerri volenti emere. n. 541.

Si post non ritè factam venditionem & traditionem, accipiat dominus ab Empotore Canonem, ratificatur contractus, nec Venditor amittit pretium. f. eod. n. 542.

A novo Emphyteuta accipitur Laudemium pro Investitura, quod quidem, Jure scripto, est quinquagesima pars pretij, sed de consuetudine solet esse vigesima. f. 236. n. 543.

Pluribus Emphyteus ejusdem rei indivisum existentibus, potest unus alteri suum Jus alienare, & sic fieri unus Emphyteuta, nec opus est novâ investiturâ. f. eod. n. 544.

Potest Emphyteuta rem Emphyteuticam oppignorare, eique servitutum imponere, dummodo domino inde non imminere præjudicium. Servitutus imposta non durat diutius quàm utile dominium. Unde etiam possit ad breve tempus locare, imò & quoad comoditatem præcisè etiam ad longum tempus, non tamen subemphyteuticæ, quæ esset alienatio. f. 236. n. 546.

Possit etiam absque dolo res Emphyteuticæ cum alia commutari, nec domino competere Jus prælationis. Monendus tamen esset ad cognoscendum, an Emphyteuta novus idoneus esset, & quidem ante traditionem. f. eod. n. 547.

Idem est de Donatione, ante cuius traditionem nisi moneretur dominus, incidere Emphyteuta in commissum. Non esset tamen expectandum per duos menses: nam hi solum conceduntur in casu quo ad emendum habet dominus Jus prælationis. f. eod. n. 548.

Non potest res Emphyteuticæ irrequisito domino dari in dorem, aut donationem propter nuptias, ne quidem filio aut filiz. fol. eod. num. 549.

Casu quo ex prima constitutione Emphyteus alicui titulo Legati aut Hæredis, aut nominationis relinqueretur, non deberetur laudemium, quia non esset novus contractus: persona tamen minus idonea possit cogi ad Emphyteusin intra breve tempus vendendam, vel alio modo cum consensu domini alienandam, & tunc deberetur laudemium. Semper tamen novus Emphyteuta esset à domino in possessionem mittendus. fol. 236. nu. 550.

Aliud est, Emphyteusis esse novam, aliud, Emphyteusam esse novum. Quod si quis in prima investitura fuit comprehensus, v. g. Haeres primi Emphyteuta, Emphyteusis dicitur antiqua: nec Emphyteuta novus dicitur: unde non tenetur petere investituram, aut possessionem à domino, in quo puncto differt à Feudo. fol. 237. n. 551.

Emphyteusis hereditaria aliquando est mixta, quæ ad filios actu hæredes exilituros restringitur. fol. 237. n. 552.

Emphyteusis ex Pacto & Providentia est, in cuius concessione non requiritur, ut successor sit hæres Emphyteuta, sed sufficit, si sit unus ex descendentibus. fol. eod. n. 553.

In Emphyteusis hereditaria Ecclesiastica sub terminis generalibus *Hæredum & Successorum*, non comprehenduntur nisi descendentes: in communi verò seu privata etiam extranei hæredes. fol. eod. n. 554. Sufficit autem, ut successor sit hæres primi Emphyteute, etiam si non sit ultimi possessoris. fol. 238. n. 555.

Emphyteusis concessa *descendentibus*, semper est ex pacto & providentia, unde non requiritur, ut successor sit hæres. fol. 238. num. 556. Concessa pro filijs censetur etiam concessa filiabus, nisi vel constituetur, vel Idioma aliud obtineret. fol. eod. num. 557.

Concessa pro successoribus masculis, etiam nepotem ex filia comprehenderet. fol. eod. n. 558.

Emphyteuta proficiente in Religione, defuncto profecto, emphyteusis vendenda est. cod.

Emphyteusis Ecclesiastica pro liberis concessa, non comprehendit illegitimos non legitimatos. Legitimus à Principe Ecclesiastico, debet specialiter ad hunc effectum legitimari. fol. 238. n. 559. Idem probabilius dicendum de Emphyteusi communi. cod.

Emphyteusis simpliciter hereditaria, potest uni ex filijs donari, aut prælegari, secus, quæ est ex pacto & providentia. tunc tamen probabiliter id posset fieri ex consensu domini per novum quodammodo contractum. Quod si esset mixta hereditaria, filij siquidem velint esse hæredes, deberent dispositionem patris approbare. fol. 239. num. 561.

Quando Emphyteusis ex culpa resolvitur, non amittit quidem Emphyteuta Meliorationes extraordinarias, v. g. si domum aut Molendinum edificavit, amittit tamen ordinarias, & non magnis sumptibus, quamvis indebitis, factas, in penam commissa culpa. f. 240. nu. 563. Quando verò absque culpa resolvitur, potest Emphyteuta meliorationes repetere, ad quas vi contractus non tenebatur. n. 564.

Si tota Res Emphyteutica pereat casu fortuito, finitur Emphyteusis, & liberatur Emphyteuta à Canone solvendo, etiam si dominus vellet reparare. Si ex culpa, tenetur ad interesse, nisi dominus malit illum cogere ad reparandum. f. eod. num. 565. Si solum pars pereat, etiam casu fortuito, non liberatur à Canone integre solvendo, dummodo res adhuc retineat illa denominatione, quam prius habebat: unde non procederet, si destructa domo maneret area, nam hæc non retinet nomen *Domus*. Sufficeret tamen si longè minor pars quam dimidia remaneret, ut ad totum Canonem teneretur. f. 241. n. 567.

Etiam si per annum ex infortunio nulli fructus percepti essent, adhuc integra pensio solvenda esset, nisi aliud in pactum deductum esset, aut per hunc casum Emphyteuta impotens ad solvendum factus esset. f. eod. n. 568.

Valor Melioramentorum industrialium, non solvitur Emphyteuta secundum estimationem cum fierent, sed cum restituntur, nisi nunc major esset. fol. 241. num. 569. Potest Emphyteuta rem retinere, donec meliorationes solvantur. num. 570. Nec tenetur deducere ab expensis & meliorationibus fructus perceptos. n. 571.

Emphyteusis mixta, vel ex pacto & providentia, dividitur inter Successores in partes æquales, non obstante quacunque in æqualitate successione. f. 242. n. 572.

Institutus in re certa, si sit ex personis, quibus per Emphyteusim provisum est, succedit vel solus, vel cum alijs, si adsint, æqualiter. fol. eod. num. 573.

Ex Emphyteusi ex pacto & providentia, non tenetur Haeres solvere debita, facta Inventario. f. eod. n. 574.

Hæres gravatus restituere Hereditatem, non tenetur restituere Emphyteusim ex pacto, vel mixtam, nisi fideicommissarius esset ex personis provisis. f. eod. n. 575.

Emphyteusis Hereditaria etiam mixta, non item ex pacto & providentia (nisi empti esset à patre) est computanda in legitimam, & conferenda. f. 242. n. 576.

Proprietarius nullo Jure cogi potest ad renovandum contractum cum aliquo Successore, qui in prima conventionione non est comprehensus. fol. 243. n. 577.

Emptio Venditio. Emptor.

An Emptor rei aliena possit ad recipiendum pretium restituere furi rem emptam, vide *Possessio*.

Emptionis Vocabulum aliquando minus proprie, & latius sumitur in Jure, pro quacunque Alienatione. Hodie sumitur pro certa specie. f. 2. n. 1. Definitor optime: Contractus Juris gentium consensu perfectus, & mutue prestationis, quo id agitur, ut pro certis nummis sive pecunia numerata danti res tradatur. Brevius. Est Pactio mercis pro pretio. n. 3.

Emptio Venditio differt à Locatione & Conductione, quia per Locationem non datur Usus pro unico pretio, (sicut quando venditur) sed pro pensione successive solvenda, & per partes, sicut per partes successive accipitur Usus. In Emptione fit pactum de unico pretio, quod statim totum debetur, vel si constituitur, ut per successivas vices solvatur, *Stachysium*/ vulgò dicitur, non attenditur tamen, (sicut in Locatione) proportio cum usu successivo, per se loquendo, & ideo periculum semper, etiam re tradita, pertinet ad locatorem, non ad conductorem, qui proinde re perente non tenetur ad posteriores partiales solutiones, sicut tenetur Emptor, ad quem spectat periculum. f. 4. n. 7.

De Substantia Emptionis est Intentio se obligandi ad transferendum dominium, vel quasi, quantum in se est: ipsa tamen actualis translatio non est de substantia, quia vendi potest res aliena. f. 5. n. 8.

Quando una cum pecunia venit in pactum res aliqua ab emptore tradenda, tunc si contrahentium intentio fuit, celebrare emptionem potius quam permutationem, erit emptio. Si nihil expresserunt, videndum, an valor rei tradendæ excedat, vel excedatur à pecunia. Quod si neutrum excedat notabiliter, erit contractus mixtus: possent tamen contrahentes convenire, ut etiam quantum esset permutatio, non esset locus penitentiae &c. quamvis daretur Actio præscriptis verbis. f. 7. n. 9. & seqq.

In casu quo in contractu Emptionis intervenit scriptura, non perficitur Emptio solo consensu, si intentio contrahentium est alligata scripturæ, f. 6. n. 13. Si verò alligacionem non expresserunt, præsumitur scriptura solum requiri ad probationem, & majorem securitatem. f. 7. n. 15.

Non est Venditori integrum & liberum, ut si nolit tradere rem venditam, libereur solvendo interesse, sed obligatur præcisè ad traditionem mercis, si ejus tradenda habet potestatem. f. 7. n. 16. & seqq. ubi multa de discrimine inter obligationem dandi & faciendi.

Requititur ad hunc contractum consensus de præsentem, qui non sit mera promissio vendendi expressa verbo *Vendam*. Quod si dicatur: *volo vendere* significatur potius contractus de præsentem &

absolutus, non minus quam verbo, *Vendo*. fol. 10. n. 22. & seqq.

Sufficeret ad absolutionem contractus, si facta promissione Venditor accepto pretio rem traderet, quia traditio significaretur consensus, & esset loco verborum formalium. f. 11. n. 25.

Venditio facta cum designatione pretij per verba: *Quod in arca habeo*: valet, quia est sufficiens certificatio pretij, & quantitatis potius quam corporis designatio. f. 11. n. 26. Est etiam sufficiens certificatio pretij sub hac forma: *pro pretio quo stapha frumentii tali die & loco venditur*. f. 12. n. 28. Non esset tamen sufficiens determinatio per verba: *Pretio justo*. Nisi contrahentes arbitrium Judicis potius quam proprium respexissent. num. 29.

Sufficit, si determinatio conijciatur in arbitrium tertij, qui tamen non sit primum à contrahentibus determinandus, sed jam nominatus. nu. 30. In casu arbitrij indeterminati adjecti, non est quidem Venditio, est tamen contractus innominatus patiens Actionem *præscriptis verbis*. f. 13. n. 31.

Si in tertiam personam collatum est arbitrium, facta determinatione pretij non retrotrahitur ad tempus conventionis, sed contractus primum perficitur facta taxatione. tenetur tamen contrahentes expectare taxationem faciendam. f. 13. n. 33. Si arber iniquè arbitrareretur, absolveretur quidem contractus, ut resillire non liceret, daretur tamen recursus ad Judicem, ut contractum ad aquitatem reduceret. n. 34.

Contractui Emptionis potest Arrha dupliciter adijci, vel ante absolutum contractum, vel post absolutum, sed nondum facta traditione. Si primo modo adijciatur, integrum est vel contractum perficere recepta arrhâ, vel eâ amissa resillire. fol. 14. num. 35. Si Arrhâ dentur absoluto contractu, non licet penitere, quia consentur data ad majorem securitatem contractus, & ut facilius probetur. n. 36. Si post datam arrham contractus absolviatur, arrha computatur in pretium. f. 15. n. 38.

Si Venditor certæ speciei (Philosophicè Individui) nullam singularis custodiæ curam in se suscepit rei venditæ, nec est in mora tradendi, & adhibuit custodiam diligentiori patrisfamilias, quæ excluditur levis culpa, amissâ re venditâ tenetur quidem emptori cedere actiones si quas habet, de reliquo damnus est Emptoris, ut & pretium solvere teneatur, nec habeat actionem ad interesse. f. 15. n. 39. Si verò res culpâ venditoris periret, non eodem modo peritura apud Emptorem, neque Emptore existente in mora, damnus esset Venditoris. f. 17. n. 41. & seqq.

Quando impotentia tradendi rem emptam provenit à Jure, (ut quando evincitur à domino rei venditæ, vel quando aufertur à Principe ob necessitatem Reipublicæ) damnus pertinet ad Venditorem

ditorem: quando verò provenit ex aliquo facto, aut casu fortuito, pertinet ad Emptorem. f. 19. n. 46.

Quando Contractus est conditionatus, si perat res vendita ante conditionis eventum, perit periculo Venditoris, f. eod. n. 48. Si pendente conditione non perit tota res vendita, sed solum deterioratur aut minuitur, & postea verificatur conditio, contractus valet, & retrahitur ad tempus conventionis, & damnum est Emptoris, quia perinde est, ac si iam tunc fuisset ita constituta & deteriorata. n. 49.

Si quid venderetur ad futuram explorationem, v. g. gustationem vini &c. tunc ante positam explorationem (si Emptor non sit in mora) contractus non est perfectus, quia censetur conditionalis, & ideo periculum spectabit ad Venditorem. eod.

Si res fungibiles vendantur per Averfionem, vulgò: sber haupf. v. g. integrum vini dolium, periculum est penes Emptorem, postquam contractus est perfectus, independens à conditione. f. 20. nu. 50. Si vendatur ex certo corpore v. g. ex dolio vini, aliqua portio, v. g. 10. urnæ, periculum spectat ad Venditorem, quamdiu urnæ non mensurantur. n. 51.

Aliud est, rem fungibilem vendi ad Quantitatem seu mensuram, aliud ad Corpus, cum adjecta expressione quantitatis. Ad corpus dicitur vendita, quando adjectio quantitatis seu mensuræ facta solum est demonstrativè seu demonstrandi causâ, & discernendi corpus venditum ab alijs, & non animo taxandi. Contra quando quantitas exprimitur tanquam restrictiva & taxativa, dicitur res vendita ad mensuram. f. 20. n. 52.

Si constat, quantitatem adjectam esse demonstrandi causâ solummodo, absque restrictione ad quantitatem, tunc qualiscunque excessus vel defectus in quantitate nominata reperiretur, esset solvendum pretium à principio constitutum, & nec minnendum ob defectum, nec augendum ob excessum. f. 21. n. 56.

Si quantitatis expressio facta à Venditore, fuit Emptori causâ emendi pro tanto pretio, (diciturque adjecta esse tanquam Modus rei vendita) tunc si minor quantitas reperitur, Venditor tenetur minuire pretium cum debita proportione, non obstante quòd in hoc casu venditio sit per Averfionem & ad corpus, quatenus unum pretium est constitutum, & venditio incepta à Corpore, fuitque intentio emendi & vendendi totum corpus, quæcunque sit ejus quantitas, major an minor illa quæ fuit adjecta, & periculum esset Emptoris. f. 21. n. 57.

Quando in venditione per averfionem quantitas expressa minor est, quam quæ reverà inest corpori, & sufficit ad augmentum notabile Valoris

rei vendita, Emptor tenetur augere pretium ad æqualitatem in conscientia. f. 22. nu. 59. Si tamen excessus non sufficeret, ut res empta superaret justum pretium, quia adhuc infimo pretio posset sic emi, probabilius est, Emptorem non posse conveniri ad augendum pretium. n. 60.

Si in venditione totius corporis constituitur totum pretium in singulas partes. v. g. in singulas urnas, oves &c. & ante traditionem vel mensurationem pereat, vel minuat, damnum & periculum est Venditoris, f. 23. n. 61.

Venditor manet dominus rei vendita etiam perfecto contractu per consensum, ut autem dominium transferat, præter rei vendita traditionem requiritur insuper, ut vel Emptor pretium solverit, vel illud de præsentibus offerat, vel cautionem fidejussoriam aut pignoratitiam præstet, vel Venditor fidem Emptoris sequatur. f. 24. nu. 63. Si tamen apud Venditorem aliquid rei vendita accesserit, illud Emptoris commodo cedit. Fructus tempore perfecti contractus pendentes, tam maturi quam immaturi, sunt Emptoris, eique cum re ipsa tradendi. Quodsi Venditor fecisset expensas in bonum fructuum post contractum, sunt refundendæ. n. 64. ubi vide plura corollaria.

In Sententia probabilis multorum, quòd fructus nati post perfectum contractum, sed necdum translato dominio, pertineant ad Venditorem, rectè deducitur, justum esse contractum, ab usura immunem, si Venditor rei vendita dominium in Emptorem transferat, adjecto pacto, ut dum moram traxerit in solvendo pretio vel parte illius, restituat æstimationem perceptorum fructuum, secundum proportionem pretij non soluti, deductis expensis f. 25. n. 65. Probabilius tamen est, illos fructus pertinere ad Emptorem. eod.

Si fructus pendentes tempore contractus sunt immaturi, adeoque minus valeant, si postmodum maturecant ante translationem dominij, pertinebunt ad Emptorem secundum totum suum valorem. f. 25. n. 66. & seqq. Unde etiam consequitur, quòd thesaurus quoad illam partem, quæ aliòquin ad dominium fundi spectare solet, si inveniatur v. g. à famulo venditoris in fundo vendito, sed necdum tradito, sit Emptoris. n. 69.

Eadem re individuâ duobus successivè vendita, si neutri est tradita, posterior venditio nullam habet vim, nec inducit obligationem tradendi, sed manet obligatio tradendi primo Emptori. f. 27. n. 71.

Si Venditor secundo Emptori rem ita venderet, ut simul in eum transferret dominium tradendo, & vel pretium accipiendo, vel fidem sequendo, vel cautionem accipiendo, valerit secunda venditio, quamvis esset peccaminosa. f. eod. nu. 72. & prior Emptor habet Actionem personalem tunc ad restituendum pretium, tum ad interesse. f. 28. n. 73. Si secundus Emptor esset conscientius fraudis, quod

quòd res jam alteri esset vendita & personaliter obligata, quamvis per traditionem factus fuisset dominus, potest tamen prior Emptor (nisi malit agere ad interesse) intentare secundo Emptori Actionem in factum, & recuperare rem traditam. f. 28. n. 74.

Quando Venditor rem priori venditam, constituit eidem in hypothecam, adeoque jus in re, præsertim si alia bona simul hypothecæ supponat pro merce ipsi tradenda, & promittat se rem alteri non venditurum, tunc etiam si alteri vendat & tradat, non transfert dominium. fol. 28. num. 75.

Si primus Emptor sit privilegiatus, ut facta illi venditione statim acquirat dominium, tunc secundo Emptori non acquiritur dominium, etiam si res illi tradatur. f. eod. num. 76. ubi referuntur privilegiati.

Non hoc ipso quòd Venditor tradat mercem Emptori, præsumitur fidem ejus sequi, sed hoc est exprimentum. f. eod. n. 77. Neque præsumitur habita fides, si dies vel hora ad solvendum constituantur, sed requiritur saltem tacita conventio, v. g. Si Mercator nomen illud in librum rationum retulerit, si tempus longi intervalli constituerit. f. 29. n. 78.

Habita fide Venditor ex Domino mercis ita sit Creditor, ut deinde, si merx adhuc exstet, & Emptor non sit solvendo, Venditor concurret cum alijs creditoribus ad consequendam cum proportionem partem mercis *actione tributaria*: quod etiam ad Mercatorem extenditur, ut quoad merces adhuc exstantes debeant inter eos illi, qui fide de pretio habita vendiderunt, cum cæteris chirographarijs creditoribus in concursum venire. f. 29. n. 79.

De Jure Bavarico si Venditor sequens fidem Emptoris, constituat sibi hypothecam in re vendita, præsertim alijs creditoribus hypothecarijs. Quod tamen de jure communi non satis efficaciter probatur à paritate cum eo, qui pecuniam credit ad rem emendam pignore constituto. fol. eod. nu. 80. De eodem Jure Bavarico hæc hypotheca præfertur dori. fol. 30. n. 81.

Potest venditor Emptori rem venditam pro certa pensione locare: quo casu non solum non subijcitur periculo rei vendita, (quod totum est Emptoris) sed ne quidem ob sterilitatem aut similes causas pensionem remittere cogitur, utpote que non tam pro re locata, quam pro interesse pretij non soluti præstat, cum ex tali locatione solus conductor non locator obligetur. fol. 30. n. 82.

Emptionis Venditionis materia.

Res nondum existens sed futura, potest esse materia hujus contractus, modò aliqua ratione jam existat in causa proxima. Quodsi ematur spes alius rei capiendæ, & res capta postea evincatur, non datur Emptori actio, quæ aliòquin competit re

evicta: quia quòd evinci potest, perinde est, ac si captum non esset, quia retineri non potest, nec sic capiendis, quale tamen solum vendebatur. fol. 30. n. 83.

Si proprietarius vendat usumfructum, & statim moriatur, non extinguitur jus emptoris, sicut extingueretur, si fructuarius venderet usumfructum. fol. 31. n. 84.

Notabile est discrimen inter emptionem futuri partus, & jactus retis &c. quòd venditio partus non sit venditio absoluta, sed conditionis: *si partus sequatur*. quo secuto retrahitur venditio. fol. 31. num. 85.

Res non existens, non potest vendi ut existens. Quodsi major pars rei destructa est, potest emptor à contractu rescire, vel, si malit, agere ad pretium minuendum. eod.

Si ambo contrahentes ante contractum ignorarent rei interitum, contractus est nullus. Si pars rei empta maneret, sed minor illa quæ interijt, non compellitur emptor perficere emptionem, sed si quid solvit repetere potest. Si verò dimidia vel minor pars interijt, cogitur adimplere æstimationem boni vini. Si venditor scivit totius rei interitum, emptor ignoravit, emptio est nulla.

Si verò aliquid illius remansit, valet emptio, sed venditor, quod interest, Emptori restituere debet. Si emptor scivit, venditor ignoravit, stat emptio, & omne pretium est solvendum. Si uterque scivit, nihil actum est, dolo utrinque compensato. eod.

Homo liber consentiens vendi potest ut fiat servus, non obstante quòd aliquando homo liber in commercio non sit, & hoc ideo, ne emptor dolo circumveniatur hominis libertatem contemnens improbitate. Cæterum hominis liberi venditio nulla est, ne quidem relata in tempus quo servus futurus est. Venditor autem etiam ignarus libertatis, tenetur ad interesse, & quoad hunc effectum valet venditio. fol. 32. n. 86. & seqq.

Permittitur in Jure Patri (non item matri, nec avo materno) ob extremam egestatem liberis recens natos vendere: quo casu emptor solum acquirit jus detinendi donec redimatur. f. eod. n. 88.

Res Sacræ & Religiosæ, utpote cum quibus pecunia nullam habet proportionem, dum tales sunt, emi vèndique non possunt.

Neque res furtiva valde venditur inter gnanos, rem esse furtivam. Si emptor solus scit, non obligabitur venditor; nec tamen ex vendito quidquam consequitur. Si venditor solus scit, utrinque obligatio contrahitur. fol. 33. n. 89. & fol. 41. n. 112.

Prohibentur etiam à jure vendi venena mala, arma &c. hostibus. Item non valet venditio materia: ex dono destructa. eod.

Neque de jure valet venditio hereditatis speratæ, utpote improba. fol. 33. n. 91. Potest tamen vendi hereditas jam per mortem delata, ita quidem ut

trafiant

transfeunt in emptore actiones omnes utiles activæ, etiam nulla factâ cessione. actiones autem quæ contra defunctum dabantur, non transfeunt contra emptorem, sed competunt contra venditorem, ita tamen, ut, quod solvit, repetat ab emptore. fol. 34. n. 92. Venditâ hereditate testatoris non censetur venditâ hereditas illius, cui venditor est substitutus. n. 93. Jus accrescendi transit etiam in emptorem hereditatis. n. 94. & seqq.

Nomina etiam vendi possunt invito debitore. fol. 36. n. 98. Item actiones reales, ut rei vindicatio: quo casu emptori convenit utilis in rem actio. Non possunt tamen actiones vendi post litem contestatam, quia evadunt litigiosæ. n. 99. Possunt etiam, ob circumstantias, nomina quandoque licite emi minore pretio quam in se continent, adeo, ut etiam si emptor postea plus consequatur, nil teneatur restituere venditori. n. 100. Licet etiam emere, emere nomina minore pretio, si emptor ex speciali causa possit totum obtinere, non item postest venditor. n. 101.

Si debitum est liquidum, nulla æstimabilis difficultas in obtinenda solutione, nullum periculum damni, aut lucri cessantis, speculative probabilis est, non esse licitum emere minori pretio sub pretextu, quod venditor necdum possit exigere debitum, sed nunc indigeat pecuniâ. practice tamen oppositum est ab auctoritate probabile. fol. 37. nu. 103.

Si debitum non est liquidum, sed dubium, & anticipatio solutionis affert secum lucrum cessans vel damnum emergens debitori &c. potest actionem minore pretio emere etiam ipse debitor, non minus quam quivis alius. Quando verò difficultas debiti obtinendi provenit ab ipso debitore, qui quod sponte solvere deberet suo tempore, & etiam facile posset, sed non solvet sine molestia & sumptibus creditoris, non potest, sicut posset alij, ipse debitor minori pretio emere, quia suâ culpâ reddit solutionem difficilem. fol. 38. nu. 105.

Quando emptor nomen emptum minoris emit, non potest, seclusâ fraude, debitor cessus uti exceptione adversus emptorem, se non ad plus teneri, quam ipse solverit venditori. fol. 38. n. 106. & seqq. ubi explicatur Constitutio Anastasiana. In casu Anastasiana constitutionis id quod emptori actionum & nominum detrahatur, potest ab ipso cedente vel vendente adhuc exigî à debitore, si venditor non sit fraudis ab emptore commissæ particeps, secus, si ejusmodi nomen partim venditum, & partim donatum fuerit, quo casu Justiniana constitutio debitorem omnino liberat. fol. 39. n. 108. Quodsi fraudis particeps esset, merito puniretur, ut agere non posset ad residuum. f. 40. n. 109.

Officia publica, civilem, profanam ac temporalem aliquam potestatem continentia, licite ven-

duntur, (attento jure naturæ, & seclusis legibus) personis tamen idoneis, de quibus spes est bene administratos. fol. 40. n. 110. Jure civili tamen hujusmodi venditio interdicitur merito, ob varia inconvenientia timenda, quamvis in pluribus Regnis permittatur, ubi inconvenientibus alio modo obviatur. eod.

Res aliena furtiva potest contractu valido, ac utrinque obligationem inducente, vendi emptori ignorantem rem esse alienam, sive venditor sciverit, sive ignoraverit. Venditor quidem obligatur ad interesse & de evictione, emptor ad solvendum pretium. Si res non sit furtiva, sed ex alio titulo aliena, valet contractus etiam si uterque sciat esse alienam. fol. eod. n. 111. & seq. ubi declaratur, quomodo possit esse licita traditio, & sub obligatione.

Quamvis de substantia hujus contractus sit, ut emptor obligetur ad transferendum dominium pretij, non est tamen de substantia, ut venditor obligetur tum ad rem tradendam, tum quantum in se est, ad faciendum, ut emptori rem habere liceat: unde factâ traditione nulla superest emptori actio ex empto ad acquirendum dominium. fol. 42. n. 113.

Non potest quis contractu valido emere absolute rem suam, bene tamen in casum quo desinet esse sua. fol. eod. n. 114.

Re alienâ venditâ, tenetur venditor emptori de evictione. fol. 43. n. 115. & seqq. de hoc vide. *Evisio.*

Re evidâ competit emptori actio empti ex causa evictionis, qua tendit ad reperendum pretium si solum fuit: item ad interesse particularæ, quanti emptoris præter expositum pretium interest rem non fuisse evictam, & hoc recipit augmentum & diminutionem. fol. 44. n. 117. Quoad interesse constitutum est, ut nunquam excederet duplum pretij expositi, cui ipsum pretium velut simplex inesset. n. 118.

Venditor rei alienæ tenetur emptori refundere sumptus litis ab emptore factos. fol. 45. n. 119. Si actor succumbat, habuit tamen justam causam litigandi, & quæ ex venditoris persona processit, adhuc tenetur venditor ad expensas, secus non tenetur. n. 120.

Ut emptori competat actio ex causa evictionis, requiritur, ut auctorem, hoc est venditorem, laudaverit, tempestive denunciando, litem sibi super re vendita moram esse, ut venditor defendat emptorem. fol. 46. n. 122. etiam si venditor aliunde jam gnatus sit litis mota, non tenetur tamen de evictione, si emptor non denunciaverit, arbitratus denuntiationem fore superfluum. n. 123.

Denuntiationi est inferenda copia libelli Actoris, & si quid aliud actum est cum emptore. fol. 47. n. 124. Denuntiatio, si potest, est immediate facienda Venditori præsentem, si absens, ad ejus domum

num, consensu vicinis. Quodsi venditor se dolo subduceret, emptor ab obligatione denunciandi liber esset. Mortuo venditore denunciatio faciendâ est heredibus omnibus. n. 125.

Si consistet, nullâ tergiversatione celari posse, rem alienam venditam esse, nec emptorem posse defendi, excusatur quidem emptor, securus tamen ager adhuc denunciando. eod. Fidejussori non est necessarium faciendâ denuntiatio. fol. eod. n. 126.

Denuntiatio faciendâ est ante publicationem testium, & causæ conclusionem, seu antequam tempus probationum & exceptionum clausum sit. Si in prima instantia non est factâ, potest fieri in causa appellationis, re adhuc integra. fol. 47. nu. 127.

Si venditor in se recepit defensionem, potest emptor à defensione desistere factâ denuntiatione. Si non recepit, nec declaravit, nolle se causam defendi, emptor ad defendendum bonâ fide tenetur, alioquin erit suspectus de culpa, & venditor de evictione non tenetur. fol. 48. n. 128.

Non potest venditor declinare forum emptoris, etiam si esset persona alioquin exempta ab hujus Judicis jurisdictione. fol. eod. n. 129.

In quibusdam casibus Venditor de evictione non tenetur. 1. Itaque non tenetur, si convenit inter contractantes, ut venditor de evictione non tenetur, sed solum ad refundendum pretium, nisi dolo ita convenisset. fol. 48. n. 130. Probabilis est, quod emptor pretium non amittat, si sciens emit rem alienam, nec expressè de evictione præstanda stipulatus est. eod. 2. Non tenetur, si culpâ Judicis imperitè vel malitiosè judicantis res evicta est, cum de jure debuisset pro emptore judicari. fol. 49. n. 131. Si venditori certò constaret privatâ notitiâ, quod Sententia formaliter quidem & ex juris norma justa esset, materialiter tamen injusta, posset uti occultâ compensatione. eod. 3. Non tenetur venditor de evictione, quando res evincitur culpâ emptoris. fol. 50. n. 132. ubi vide varios casus.

Si Sententia sit suspecta ob Judicis imperitiam vel malitiam, tenetur emptor appellare: item si causa est dubia & ambigua, & venditor tempore latæ sententiæ est absens, nec illi intimata sententia. fol. 50. n. 133. Si res evincatur sententiâ arbitri, amittit emptor jus evictionis, quia suâ voluntate res evincitur. eod.

Præterea & 4. Non tenetur Venditor de Evictione, si Emptor ex Principis mandato rem emptam alteri tradere compellitur, nec Venditor huic causam dedit. Et universim non tenetur, si res vendita non Jure communi, sed quodam Jure speciali evincatur, v.g. Jure Retractus, vel Restitutionis in integrum. f. 51. n. 134. Quinto, non tenetur, si Emptor scivit rem esse alienam, quamvis etiam oppositum sit probabile. f. 51. nu. 135.

Sexto, non tenetur, si Emptor per vim expellatur à rei empta possessione. n. 136. Septimo, non tenetur, quando Emptor neglexit prescriptionem. n. 137.

Octavo, non tenetur Haeres, qui confecto inventario rem hereditariam quâ talem pro solutione hæreditarij æris alieni vendidit. f. 51. nu. 138. Nono, non tenetur Creditor qui rem pignoris Jure distraxit, imò nec tenetur ad pretij restitutionem. f. 52. n. 139.

Decimo, non tenetur Fiscus rem alienam vel alteri oppignoratam vendens, quia Emptor sit dominus rei venditæ: f. eod. n. 140. Undecimo, non tenetur, qui vendit debitum, & debitor non est solvendo; nisi specialiter actum esset, quod Emptor esset futurus indemnis. nu. 141.

Emptoris & Venditoris Obligaciones & Actiones.

Sicut Emptori competit Actio ex empto, (de qua supra) ita Venditori competit Actio ex vendito, in quam venit imprimis pretium, & quidem certum ac determinatum. f. 52. nu. 142. Deinde veniunt usuræ pretij non soluti ex tempore moræ, nisi aliud convenerit. Item veniunt sumptus facti in rem venditam: item fructus quos casâ jam spici ante venditionem separatos, sed necdum à Venditore collectos, & tamen ei de Jure debitos, Emptor invari, cum venditioni non accesserint. Item veniunt damna & incommoda, quorum emptor est causa, non auferendo rem emptam. eod. Denique venit repetendum id, quod plus debito Venditor præstitit: quo casu etiam conditio indebiti conceditur. f. 53. n. 143.

Si Venditor ignoret pretium mercis ignorantia generali, & illius loci communi, Emptor autem sciat Scientiâ singulari & rarâ, non tenetur Venditori indicare valorem mercis, sed potest emere & solvere illo pretio, quo ex communi ignorantia communiter æstimatur. f. 53. nu. 145. Si vero Venditor ignoret ignorantia particulari, tenetur Emptor saltem in finem pretium justum offerre, & catenus mercis valorem ignorantem indicare. f. 54. n. 146. Neque excusatur Emptor ab indicando valore, etiam si Venditor diceret, se velle excessum, si quis est, donare, eo quod Emptor majori pretio noluit emere. eod. Quodsi ambo ignari valoris convenirent bonâ fide de pretio re ipsâ inæquali, sed condonando reciproce, neuter teneatur ad supplementum. eod. Unde posset fundus emi pretio communi, etiam si Emptor sciret ibi latere thesaurum, vel venas metallinas. eod.

Si Emptor privatâ notitiâ sciat, Valorem pecuniæ paulò post publicâ lege diminutum iri, potest hodie emere pretio currente, non monito venditore: & contra si Venditor sciat, valorem mercis minuendum, potest non monito Emptore vendere pretio currente: uno tamè casu excepto, nempe